

Ce second volume contient :

- notre édition latine du manuscrit P ;
- notre traduction française présentée en regard de celle-ci ;
- une liste alphabétique de tous les noms d'anges contenus dans le manuscrit P, avec leur fonction et la référence des différents passages où ils apparaissent (pp. 171-223).

Notice de l'édition latine

Les paragraphes communs aux SHR I et II sont numérotés en §, en correspondance avec l'édition de B. Rebiger et P. Schäfer. Nous avons numéroté les autres P. 1 à P. 36 dans le prologue, S.1 à S.3 dans le *Liber samayn* et T.1 à T.67 dans le *Liber temporum*.

Nous avons choisi de conserver l'orthographe médiévale du manuscrit (en l'uniformisant quand c'était nécessaire). Ainsi, nous avons laissé les *e* sans les remplacer par le *ae* ou *oe* classique ; les *i* sans les remplacer par des *j*.

Le manuscrit présentant parfois des *c*, parfois des *t* avant les *i + voyelle*, nous avons uniformisé en orthographiant toujours *t*.

Finalement, pour les *u* et les *v*, c'est le plus souvent l'orthographe classique qui était suivie dans le manuscrit, et nous avons dès lors uniformisé selon cette orthographe.

Nous avons employé le sigle < > pour nos ajouts ; [] pour nos suppressions ; et (?) pour les mots illisibles. Lorsque nous avons proposé une autre lecture que le manuscrit, le mot a été mis en italique, et le changement a été décrit en note.

Les doublons du copiste ont été supprimés (mais mentionnés en note également).

Finalement, nous avons adapté la ponctuation du texte, lorsque c'était nécessaire, et ajouté des majuscules aux termes *Dominus* et *Deus*.

Notice de la traduction française

Lorsque nous avons ajouté des mots, nous les avons inscrits entre []. Lorsque nous en proposons la suppression, ils sont entre parenthèses.

Le style du texte latin est parfois très peu fluide, surtout pour les passages liés à la tradition de 1701 (cf. la première partie, chapitre 3. B.). Nous n'avons pas hésité à couper les phrases en plusieurs parties, et à supprimer de nombreux « et », la préposition « ו » (ve, et) en hébreu servant souvent de ponctuation, et ayant été rendue presque systématiquement en latin.

Nous avons traduit les notes marginales en bas de page.

Nous n'avons pas identifié toutes les citations bibliques, ce travail ayant été effectué par B. Rebiger et P. Schäfer, et ces citations ayant perdu de leur substance au cours de la traduction (cf. la troisième partie, chapitre 1. A.).

Version latine du *Sefer Raziel* en deux livres
(ms. Paris, BnF, lat. 3666)

[PROLOGUE]¹

[P.1] Iste liber qui vocatur *Cyfra Rasiel* [qui] fuit datus Ade ex parte Domini nostri magni² cum gratia et misericordia plurima³. Et ita confirmatur iste sicut dixit expositor. Et postquam Adam transivit nobile preceptum quod fuerat ei datum ex parte Domini nostri ut staret in paradiso cum magna stabilitate per secula seculorum et ut contineret vitam⁴ ut unus ex angelis et archangelis qui erant in ordine antiquo cum simplicitate que est terminata in gloria Dei. Et iste liber est multum nobilis factus et ordinatus de sancta claritate completum secretum de omni sapientia demonstrandi homini qui intromittit se in illo, experimentum probatum et claritas sui intellectus, **[P.2]** et facit eum intelligere omnia secreta sapientie et tenere medicinam sui corporis et acuire suum cor et compositus omnibus ossibus suis usque ad claritatem sui intellectus et lucet sicut illa stella que vocatur Venus et facit sibi crescere vim et potentiam et demonstrat ei completum ad operandum omnes illas res quas habet in corde et voluntate aut omnes illas quas vult et facit eum placabilem Deo et hominibus. Et in suo intellectu participat cum angelis celi. **[P.3]** Et iste liber fuit scriptus de manu Raçielis cum colore (?) quod habet similitudinem optimi auri. Et fuit scriptus instructu manandi sapientiam sicut fons qui fundit aquam limpidam et fuit compositus coram domino nostro cum subtilissima dignitate. Et ibi fuit liber iste elevatus /1v/ super omnes operationes honorandas et est appretiatus super omnes lapides pretiosos et valet plus aliquo pretio de mundo illo propter nomina explanata in sapientia istius libri.

[P.4] Et non potest homo applicare profunditatem sui intellectus et *nominare*⁵ cuncta verba suorum secretorum qui sunt corroborata cum exercitu ignis supra omnes. Illi qui respiciunt istum librum et sciunt et operantur per eum sunt pares angelis celi et etiam qui operantur per eum assimilantur arbori vite. Et ille qui custodit eum custoditur sicut pupilla oculi. Et qui honorat eum honoratus est omni tempore. Et qui intelligit eum intelligit omnes sapientias secretas et evadit suum corpus de morte periculosa et augmentatur eius vis ad cognoscendum dominum veritatis. Et cognoscit separamentum anime rationalis esse⁶ semper per se ipsam sine spiritu naturali.

¹ Nous insérons des titres en gras entre crochets, pour clarifier la structure du texte.

² magni *add. interlin. et in marg. alia manu.*

³ credo vellet dicere pia *add. in marg. alia manu.*

⁴ Mors una causata *add. in marg. alia manu.*

⁵ nominare *corr.* : nomina P.

⁶ esse *corr.* : est P.

[PROLOGUE]

[P.1] Ce livre, intitulé *Cyfra Rasiel*, fut donné à Adam par notre grand¹ Seigneur avec beaucoup² de grâce et de miséricorde. Et il est ainsi confirmé, comme le dit le commentateur. Après qu'Adam eut transgressé le noble précepte donné par notre Seigneur, qui était de se tenir au paradis avec une grande stabilité pour les siècles des siècles, et de maintenir sa vie³ comme le ferait un ange ou un archange de l'ordre ancien avec la simplicité dont l'aboutissement est la gloire de Dieu, ce livre est devenu très noble, et a été ordonné par la sainte clarté comme le secret complet de toute sagesse de montrer à l'homme qui s'y intéresse une expérience probante et la clarification de son intellect, [P.2] et [ce livre] lui fait comprendre tous les secrets de la sagesse, maîtriser la médecine de son corps et aiguïser son cœur, et [ce livre] est uni à ses os jusqu'à la clarification de son intellect⁴. Il luit comme cette étoile que l'on appelle Vénus, il fait croître en l'homme la force et la puissance et lui démontre tout ce qui est nécessaire pour réaliser tout ce qu'il a dans son cœur et sa volonté ou toutes les choses qu'il souhaite et qui le rendent agréable à Dieu et aux hommes. Et dans son intellect, il participe des anges du ciel. [P.3] Ce livre fut écrit de la main de Raziel, d'une couleur [illisible], semblable au meilleur or. Il fut écrit avec l'ordre de distiller la sagesse comme une fontaine qui fait jallir une eau limpide, et il fut réalisé devant notre Seigneur dans la dignité la plus subtile. Et là, ce livre fut comme élevé /1v/ au-dessus de toutes les œuvres honorables et devint plus précieux que toute pierre précieuse. Il a plus de valeur que n'importe quel prix dans ce monde grâce aux noms expliqués dans la sagesse de ce livre.

[P.4] Et l'homme ne peut y appliquer la profondeur de son esprit, ni nommer toutes les paroles de leurs secrets, renforcées en haut par une armée de feu qui se trouve au-dessus de tous. Ceux qui regardent ce livre, qui connaissent et œuvrent par lui sont semblables aux anges du ciel, et ceux qui opèrent par lui sont semblables à l'arbre de vie. Celui qui le garde est gardé comme la pupille de l'œil. Et celui qui l'honore est honoré en tout temps. Celui qui comprend ce livre comprend toutes les sagesse secrètes, sauve son corps de la dangereuse mort, et sa capacité à connaître le Seigneur de la vérité est augmentée. Et il sait que la séparation de l'âme rationnelle se fait toujours à travers elle-même sans un esprit naturel⁵.

¹ Grand *add. interlin. et in marg. alia manu.*

² Je crois qu'il veut dire 'pieuse' *add. in marg. alia manu.*

³ Une mort causée *add. in marg. alia manu.*

⁴ Sur l'union entre l'homme et le livre, cf. la deuxième partie, chapitre 1. A. 6. « Un livre magique ? ».

[P.5] Et hoc cognoscimus quod iste liber est aureus ad faciendum omnes res quas homo vult facere ad suam voluntatem quia intelligimus quod vis istius libri est confirmata in celo. Et est splendor ordinatus de claritate prophetarum et suus aspectus et suus splendor est de mille millia angelorum qui omnes sunt exercitus ignis et sunt iurati ad faciendum et complendum virtutes que nominate sunt in libro isto ; et montes ignis inclinati sunt pro suo timore, magis de smaraldo et de çaphiro et de lapide amatisto, est vis sui splendoris et sua /2r/ virtus est corroborata et venit magis currendo quam fulgur. **[P.6]** Et angeli qui sunt scripti in isto libro sunt magis urentes quam flamma ignis et dominatio eorum est dominatio timorosa et timor et tremor capiunt ipsum qui intromittit se in ipso sine munditia. Et lux est in illo corroborata et tenebre commutantur in lucem potentia sui splendoris quia lux Dei est adimpleta in omni illo qui habet potentiam sciendi istum librum. Habet potentiam revelandi alias relevandi et emergendi multos homines et imitandi vim Solis et Lune et emergendi¹ montes et frangendi² terras et est dominus consilii et potentie et invocandi magnalia sensus.

[P.7] Et sapientia istius libri dat sapientiam illis qui sunt sapientes et intelligentes, et est illi secretum. Et sunt in isto libro 72 nomina Domini nostri. Et fuit datus primo Michaeli angelo maiori qui est preceptor super 7 dominos scilicet illi qui fuerunt ordinatores primo in regno celestiali coram Deo qui est Rex regum **[P.8]** et dedit posse Adam de omni sapientia que fuit vel *que*³ erit. Et tunc didicit subtiliter et habuit⁴ sensum ad vocandum omnes bestias que sunt in plano et in montibus quelibet species suo nomine. Et super aves que volant, quelibet species suo nomine. Et serpentes, quelibet species suo nomine. Et pisces, quelibet species suo nomine. Et ab isto libro intellexit omnes res quas creavit primo⁵ sanctus /2v/ et benedictus, et sex dies primos qui fuerunt de creatione.

¹ emergendi *corr.* : emergere P.

² frangendi *corr.* : frangere P.

³ que *corr.* : quasi P.

⁴ Et habuit *add. interlin. ead. manu*; et habuit *add. in marg. alia manu*.

⁵ primo *add. in marg. alia manu*.

[P.5] Et nous savons que ce livre est d'or pour accomplir toutes les choses que l'homme veut faire selon sa propre volonté, car nous comprenons que la force de ce livre est confirmée dans le ciel. C'est une splendeur ordonnée par la clarté des prophètes, et son aspect et sa splendeur sont de mille milliers d'anges qui sont tous des armées de feu et qui sont conjurés pour faire et remplir les vertus qui sont nommées dans ce livre ; et des montagnes de feu sont inclinées par peur de lui, et la force de sa splendeur est plus grande qu'une émeraude, qu'un saphir et qu'une pierre d'améthyste, et sa /2r/ vertu est renforcée et vient en courant plus vite que la foudre. **[P.6]** Les anges qui sont inscrits dans ce livre brûlent plus que la flamme du feu. Leur domination est une domination effrayante, et la crainte et l'effroi s'emparent de celui qui s'intéresse à lui sans pureté. La lumière est renforcée en lui, et les ténèbres se transforment en lumière par la puissance de sa splendeur, car la lumière de Dieu remplit celui qui a le pouvoir de connaître ce livre. Ce livre a le pouvoir de révéler – ou de relever¹ – d'autres choses et d'élever beaucoup d'hommes, d'imiter la force du Soleil et de la Lune, de soulever les montagnes et de fendre les terres. Il est le seigneur du conseil et de la puissance, et de l'invocation des merveilles des sens.

[P.7] La sagesse de ce livre donne la sagesse à ceux qui sont sages et intelligents², le secret lui appartient. Et dans ces livres sont contenus les 72 noms de notre Seigneur. Il fut donné premièrement à Michaël, ange majeur, qui est à la tête des sept seigneurs, à savoir de ceux qui furent ordonnateurs dans le premier royaume céleste devant Dieu, le roi des rois.

[P.8] Il donna à Adam le pouvoir concernant toute sagesse passée et future. Celui-ci s'instruisit alors subtilement et reçut³ le sens d'invoquer par leur nom toutes les bêtes de la plaine et des montagnes, quelle que soit leur espèce. Et les oiseaux qui volent par leur nom, quelle que soit leur espèce. Et les serpents par leur nom, quelle que soit leur espèce. Et les poissons par leur nom, quelle que soit leur espèce⁴. Et il comprit de ce livre toutes les choses que le Saint et Béni⁵ créa au commencement⁶, /2v/ et les six premiers jours de la création.

¹ Il s'agit d'une seconde leçon proposée dans le texte du manuscrit, ce qui arrive fréquemment.

² Le sens de cette phrase n'est pas nécessairement caduque. On pensera par exemple à Luc 19, 26.

³ Et reçut *add. interl. ead. manu* ; et reçut *in marg. alia manu*.

⁴ Cf. Genèse 2, 19-20.

⁵ Les termes latins *Sanctus et Benedictus* sont une traduction littérale de l'hébreu הקדוש ברוך הוא (*ha kadosh barukh hou*), « le Saint, béni soit-il », expression employée dans les textes cabalistiques pour désigner les six *sephirot* inférieures, groupées autour de *tiferet* (« Kabbalah », dans JACOBS, L., *The Jewish Religion. A Companion*, Oxford, Oxford University Press, 1995, pp. 295-297)

⁶ Au commencement *add. in marg. alia manu*.

[P.9] Et ab hora qua incepit studere in isto libro <et> cognovit sanctas litteras que erant in eo, visus est¹ quantum potuit ad honorandum eum cum omnibus speciebus odoriferis que possent esse. Et cepit castitatem in se et prospexit se ut esset homo sanctus et formavit unam archam de auro purificato in igne multis vicibus et protraxit litteras istius libri sancti in illa archa et misit librum in ea et postea misit archam cum libro in forulo unius pellis ante faciem paradisi quia non poterat sufferre terra spiritum sanctum qui exibat de illo libro de quo dictum est in isto libro², quod in omni loco in quo nominabat Adam de isto libro illas litteras sanctas, ita tremebat et movebatur sicut navis in mari.

[P.10] Et si nominabat super montem, liquescebat se sicut cera. Et si nominabat super mare, faciebat fugere aquas de suo loco. Et si nominabat super leones vel ursos vel elephantes vel super alias bestias de campis, omnes stabant sicut mute. Et si nominabat super colubres et serpentes, ludebant cum eo ac si essent aves. Et si super celos nominabat istas litteras sanctas, dabant obscuritatem Soli, Lune et stellis. Et si nominabat illa 72 nomina³ sancta ad corroborandum in illis magnum splendorem, et super spiritus vel super demones nominabat, faciebat masculos et feminas coniungere de illis et auscultabant eum et faciebant totam suam voluntatem. /3r/ Et si nominabat super altam turrim, faciebat eam cadere in terram. Et si nominabat super arbores, faciebat crescere fructum suum in illis ante horam eorum. Et si nominabat super prelium, fugiebant.

[P.11] Etiam omnes res create ante illum. Et in tantum fuit attentus in studendo in illo libro donec fuit indutus de spiritu sancto et incepit videre que erant pro morte et que pro vita et que pro bono et que pro malo et incepit scire et intelligere per istum librum secreta de horis et de punctis⁴ et de partibus et numero dierum et curare de temporibus donec intellexit quid debebat esse usque ad finem mundi.

¹ visus est *add. in marg. alia manu.*

² liber alius fuit *add. in marg. alia manu.*

³ septuaginta duo nomina *add. in marg. alia manu.*

⁴ « croix » *add. in marg. alia manu.*

[P.9] Et dès l’instant où il commença à étudier dans ce livre et connut les lettres saintes qui étaient en lui, on le vit¹ l’honorer autant qu’il pouvait avec toutes les sortes de parfum qui existent. Il s’engagea dans la chasteté et vit qu’il était un homme saint. Il forma une arche d’or purifié de nombreuses fois par le feu, amena les lettres de ce livre saint dans cette arche, et y mit le livre saint. Il mit ensuite l’arche avec le livre dans une enveloppe de cuir devant la face du paradis, car la terre ne pouvait supporter l’esprit saint qui sortait de ce livre-là – duquel on a parlé dans ce livre-ci (*de illo libro de quo dictum est in isto libro*)² – puisque dans tous les lieux où Adam nommait les lettres saintes de ce livre, il tremblait et était secoué comme un navire en mer³.

[P.10] S’il [les] nommait sur une montagne, elle se liquéfiait comme de la cire. S’il [les] nommait en mer, il faisait fuir les eaux de leur lieu. S’il [les] nommait devant des lions, des ours, des éléphants ou d’autres bêtes des champs, ils s’arrêtaient tous, comme privés de parole. Et s’il [les] nommait devant des couleuvres et des serpents, ils jouaient avec lui comme s’ils étaient des oiseaux. S’il nommait ces lettres saintes dans les cieux, elles obscurcissaient le Soleil, la Lune et les étoiles. Et s’il nommait ces 72 noms⁴ saints, [c’était] pour corroborer en eux la grande splendeur, et s’il les nommait devant les esprits et les démons, il unissait les mâles et les femelles avec eux, et ceux-ci l’écoutaient et faisaient toute sa volonté. /3r/ S’il les nommait sur une haute tour, il la faisait tomber sur la terre. S’il les nommait sur des arbres, il faisait croître leur fruit avant l’heure. S’il les nommait sur un combat, [les ennemis] s’enfuyaient.

[P.11] Il en était de même pour toutes les choses créées avant lui. Il fut si concentré dans l’étude de ce livre, jusqu’à être revêtu de l’esprit saint, qu’il commença à voir les choses destinées à la mort, celles destinées à la vie, les choses destinées au bien et celles destinées au mal. Il commença à savoir et à comprendre, par ce livre, les secrets des heures, des minutes⁵ et des secondes, et le nombre des jours, et à s’occuper des saisons, jusqu’à avoir connaissance de ce qui devait se passer jusqu’à la fin du monde.

¹ On le vit *add. in marg. alia manu.*

² Il y a eu un autre livre *add. in marg. alia manu.* Il semble que l’auteur du texte et de la note ont voulu dire qu’il y a deux livres différents : celui qu’Adam tenait en mains (*liber ille*) et celui que le lecteur tient en mains (*liber iste*). Cf. la deuxième partie, chapitre 1. A. 6. « Un livre magique ? ».

³ Sur ce thème, très présent dans la tradition juive, cf. e. a. Zohar III, *Behaalotek*, fol. 152a (*michnat hazohar*), vol. II, p. 402 : « Viens voir ! Le monde d’en haut et le monde d’en bas sont pesés avec un seul poids : Israël en bas, les anges d’en haut en haut. Au sujet des anges d’en haut, il est écrit : “faisant de ses anges des vents, de ses serviteurs un feu dévorant” (Psaume 104, 4). Lorsqu’ils descendent en bas, ils se revêtent du vêtement de ce monde-ci. S’ils ne se revêtaient pas d’un habit conforme à ce monde, ils ne pourraient pas s’y maintenir, et le monde ne pourrait pas les supporter ».

⁴ Septante-deux noms *add. in marg. alia manu.*

⁵ « Croix » *add. in marg. alia manu.*

[P.12] Et quando natus fuit Seth, filius suus, et pervenit ad 10 annos, fuit nutritus super viam istius libri et fecit eum intelligere secreta omnia et litteras et karacteres secundum quod sunt exposite et declarate in isto libro et fecit eum cognoscere vires et miracula que operabantur per istum librum et fecit eum intelligere sicut eum tenebat in illa pignora quia terra non poterat eum sufferre et rogavit et castigavit ipsum ut hora qua intromitteret se de eodem (?) pro coniurando eum pro aliqua re ut mundaret suum corpus primo per tres septimanas dierum et non comederet in illis diebus cepas vel alea vel aliqua agrumina neque amara nec pisces nec carnes nec vinum nec aliqua<s> res de *quibus*¹ exeat sanguis

[P.13] exceptis rebus dulcibus et saporitis, et comederet fructus multum bonos et aquam, mel et çucarum liquefactum in aqua /3v/ et omnes res que faciunt bonam voluntatem et ablueret suum corpus qualibet die et non duceret suum corpus cum elatione nec cum verbis otiosis vel superbis, sed sit nobilis, timorosus, castus et humilis et sanctus quia ita debet esse quilibet homo qui intromittit se in his rebus sanctis. Et postquam precepit Adam Seth omnia ista precepta retinuit in loco quo debet sedere per secula seculorum. Et firmavit se Seth, filius eius, et cogitavit qualiter possit operari cum illo libro per potentiam cum qua firmavit.

[P.14] Primo omnia precepta que sibi precepit pater suus Adam, ita quod fuit ipse multum sapiens et multum intelligens, et cognovit sensum et sapientiam donec per vim sapientie istius libri fuerunt aperte ipsi ex parte sui intellectus multe porte intelligentie et de arte et de sapientia ad intelligendum inter bonum et malum, donec vidit omnes spiritus malos qui veniunt confortare vel seducere homines ut acquirant infernum.

¹ quibus *corr.* : qua P.

[P.12] Et lorsque son fils Seth fut né et parvint à l'âge de dix ans, il fut nourri dans la voie de ce livre. Il lui fit comprendre tous les secrets, les lettres, et les caractères avec lesquels elles sont exposées et exprimées dans ce livre. Il lui fit connaître les forces et les miracles qui étaient opérés par ce livre, et lui fit comprendre comment il les tenait pour ses enfants, parce que la terre ne pouvait le supporter. Il le rendit chaste afin qu'à l'heure où il s'introduirait en ce livre (?) pour conjurer pour une quelconque chose, il lave premièrement son corps pendant trois semaines, et ne mange durant ces jours ni oignons, ni ail, ni aucun agrume, ni aucune chose amère, ni poisson, ni viande, ni vin, ni aucune chose dont il sort du sang.

[P.13] Il mettait à part les choses douces et savoureuses : qu'il mange de très bons fruits, de l'eau, du miel, du sucre dissous dans l'eau, /3v/ et toutes les choses qui rendent bonne la volonté. Qu'il lave son corps chaque jour, qu'il ne conduise pas son corps avec arrogance, et qu'il s'abstienne de mots oiseux ou orgueilleux. Qu'il soit noble, révérencieux, chaste, humble et saint car tel doit être tout homme qui s'introduit dans ces choses saintes. Et après qu'Adam eut enseigné tous ces préceptes à Seth, il se retira dans le lieu dans lequel il doit siéger pour les siècles des siècles. Et Seth s'affermir, et il réfléchit à la manière d'œuvrer avec ce livre par la puissance par laquelle il [s'] affermit.

[P.14] Premièrement, [il apprit] tous les préceptes que lui avait enseignés son père Adam, de sorte qu'il devint lui-même très sage et très intelligent, et qu'il connut le sens et la sagesse ; jusqu'à ce que, par la force de la sagesse de ce livre, fussent ouvertes dans son intellect-même les nombreuses portes de l'intelligence, de l'art et de la sagesse de discerner le bien du mal ; jusqu'à ce qu'il vît tous les mauvais esprits qui viennent reconforter ou séduire les hommes afin qu'ils gagnent l'enfer.

[P.15] 2° quod non poterant homines qui erant suo tempore cognoscere viam veritatis quousque corroboratus est Seth cum potentia istius libri et cum secreto litterarum sanctarum que erant in illo libro scripte¹, remersit omnes spiritus malos et eos eiecit de terra et fecit concordare totum mundum et fecit eos cognoscere viam veritatis et potentiam quam tenebat cum potentia Domini et exaltavit se et fecit maiestatem de auro frataminatam et posuit librum in illa cum omnibus rebus boni odoris /4r/ que possent esse et abscondit in unam cavernam vel criptam in illam que vocatur Cava de Anoch que stat ex parte sinistra de paradiso, illam quam levavit vel fecit Cain, suus frater.

§ 5/362 *Sequitur oratio facta per Adam*

Ista est oratio quam fecit Adam prothoplaustus in mundo isto et generatus per semetipsum cum anelitu de mandato Dei sine potentia hominis vel corruptela mulieris. Et postquam fuit proiectus de paradiso pro peccato quo peccavit quia transivit mandatum sancti et benedicti et stabat extra paradisum plorando et cogitando et rogando Dominum donec misit ei sanctus benedictus istum librum sanctum per manum Raçielis et postea tenuit se paratum cum illo, et incepit nominare et rogare ad magnum posse istam orationem et dixit ita :

« Sanctus benedictus Adonay, Tetragramaton, qui es compositus ex quatuor litteris et in 12 litteris et in 22 litteris et in 42 litteris donec venit ad 72² nomina. Et in Tetragramaton sunt littere confirmate ad cognoscendum omnia ista nomina. § 363 Tu, Domine, creasti ea ad omnes res de mundo ad dandum odorem, pulchritudinem et pretium ad confortamentum et fecisti omnes res ad voluntatem tuam et tuum regnum regnat vel est regnum in sempiternum per omnia secula seculorum et tua pulchritudo purificat omnes generationes et non /4v/ est res que possit celari a te et non est res que possit cooperiri a tuo visu et tu me composuisti cum palmis manuum tuarum et tu dedisti potestatem mihi super omnes creaturas tuas ut dominarer super omnia opera tua.

¹ Alius liber fuit antiquitus *add. in marg. alia manu.*

² Septuaginta duo nomina *add. in marg. alia manu.*

[P.15] [Il apprit] deuxièmement que les hommes de son temps ne pouvaient connaître la voie de la vérité tant que Seth n'était pas renforcé par la puissance de ce livre et par le secret des lettres saintes qui étaient écrites dans ce livre¹. Il renvoya tous les mauvais esprits et les expulsa de la terre, et harmonisa le monde entier. Il leur fit connaître la voie de la vérité² et la puissance qu'il tenait avec la puissance du Seigneur, et il s'exalta et il fit une majesté³ martelée d'or. Il y posa le livre avec toutes les choses de bonne odeur /4r/ qui pouvaient exister et la cacha dans une caverne ou une crypte, celle-là même qui est appelée « Grotte d'Hénoch », élevée ou faite par son frère Caïn, et qui se trouve dans la partie gauche du paradis⁴.

§ 5 (§ 16, 363) *Suit la prière faite par Adam*

Voici la prière qu'Adam, premier homme, fit dans ce monde. Et il fut réengendré en lui-même par le souffle du commandement de Dieu, sans la puissance (*potentia*) de l'homme, ni la corruption de la femme. Et après qu'il fut expulsé du paradis à cause du péché qu'il avait commis en transgressant le commandement du Saint et Béni, il se trouvait hors du paradis, pleurant, méditant et implorant le Seigneur jusqu'à ce que le Saint et Béni lui envoie ce livre saint par la main de Raziel. Il se tint alors prêt avec lui, et commença à énoncer cette prière et à demander avec beaucoup de force, par ces mots :

« Adonai saint et béni, Tétragramme composé de quatre lettres et [te trouvant] dans 12 lettres, dans 22 lettres, dans 42 lettres, jusqu'à former 72⁵ noms – et dans le tétragramme sont confirmées les lettres pour connaître tous ces noms – toi, Seigneur, tu les créas pour toutes les choses du monde, pour leur donner une odeur, une beauté, et une valeur comme soutien, et tu fis toutes choses à ta volonté, et ton règne règne, et est un royaume pour l'éternité, pour tous les siècles des siècles. Ta beauté purifie toutes les générations, il n'est pas /4v/ de chose qui puisse t'être cachée, il n'est pas de chose qui puisse être occultée de ta vue, c'est toi qui m'as composé avec les paumes de tes mains, et tu m'as donné le pouvoir sur toutes tes créatures, pour que je domine sur toutes tes œuvres.

¹ Il y eut autrefois un autre livre *add. in marg. alia manu*.

² *Via veritatis*, en hébreu דרך אמת (*derek emet*) est un terme très fréquemment employé, entre autres chez Nahmanide, pour désigner la cabale.

³ Il s'agit vraisemblablement d'un type de reliquaire à forme humaine, qui est souvent celle d'un personnage assis sur un trône, d'où le terme de "Majesté". La spécificité de ces représentations, qui se multiplient en Europe entre le X^e et le XII^e siècle, consiste dans la conjonction de leur aspect figuratif et de leur fonction de reliquaire (cf. TARALON, J., « La majesté d'or de Sainte-Foy du trésor de Conques », dans *Revue de l'Art*, 40-41, 1978, p. 12 ; MIDGAL, A. M., *Regina Caeli, Les images de la Vierge et le culte des reliques. Tableaux-reliquaires polonais à l'époque médiévale*, Thèse de doctorat de Langues, Histoire et civilisation des mondes anciens, sous la direction de N. Reveyron, Université Lumière Lyon II, 2010, chapitre V).

⁴ À propos de cette histoire, cf. la première partie, au chapitre 3. C. 3., la section intitulée « les autorités invoquées par P ».

⁵ Septante-deux noms *add. in marg. alia manu*.

§ 6/364 Et coluber maledictus decepit me cum arbore cupiditatis et magis quia mea mulier de meo sinu me decepit et tu mihi non fecisti scire quid erit de me nec illis qui venirent post me et scio et intelligo quia non poterit iustificari ante te aliquis vivens et vim non habeo ut elevem vultum meum ante te et non habeo os ad loquendum nec oculos ad intuendum contra honorem tuum nec petendi *miserecordiam*¹ quia peccavi et feci malum cum magna vi et beneficio quia mea peccata proiecerunt me de paradiso quia comedi de arbore quam *prohibuisti*² mihi cum consilio colubri et mee mulieris, et propter mea peccata sum confractus et laceratus et positus sum ad laborandum terram unde creatus sum,

§ 7/365 et non est meus timor et pavor super omnes res quas creasti secundum quod erat in primis, sed ea hora qua comedi de fructu arboris vetiti et transivi mandatum tuum diminuta fuit mea sapientia et modo ego intelligo quod sum turpis et nescio aliquid loqui, nescio quid erit de me. Sed tu adhuc potens, nobilis, pius et graciosus reverte cum tuis pietatibus multis super hominem quem creasti /5r/ a principio et super spiritum quem inflasti primitus et super animam que data fuit a tua virtute sancta et sis ante me cum tuo beneficio quia tu es dominus sanctissimus benefaciendi elongando furores et crescendo misericordiam tuam. Mea oratio sit ante viam tui honoris et placeat mea exclamatio ante viam tue pietatis et mea rogamina percipiantur per voluntatem ante te, et non celes te a meis rogaminiis quia tu fuisti et eris per secula seculorum, tu dominator et dominaberis, pietas tua sit super creamentum tuarum manuum et facias me intelligere et agnoscere quid erit de meis filiis et de aliis meis generationibus et quid veniet super me omnibus diebus mundi et in omnibus mensibus die iuxta diem et mense iuxta mensem, et non cooperias mihi sapientiam tuorum angelorum et archangelorum quia tu potens es audire orationes et complere petitiones omnes iustorum hominum, benedictum sanctificatum et honoratum sit nomen tue cognitionis unde te cognoscimus et tu audi me in ista mea oratione, Domine potens et gratiose, Amen. »

§ 8/366 Tertio die postquam fecit istam orationem pro rogamine quod fecit, venit ad eum Rachiel angelus qui stabat supra rivum in exitu paradisi, et discooperuit se ei ea hora qua calefaciebat se ad Solem, qui tenebat in manu sua librum istum quem dedit Ade, et in libro predicto erat similitudo unius angeli /5v/ et unius hominis recipientis librum. Angelus representabat similitudinem Rachielis exhibentis librum Ade, et homo representabat similitudinem Ade recipientis ipsum librum ab angelo. **§ 9/367** Dixit autem angelus ea hora qua dedit librum Ade :

¹ *miserecordiam corr.* : mercedem P.

² *prohibuisti corr.* : inhihuisti P.

§ 6 (§ 17, 364) Et le serpent maudit m'a trompé avec l'arbre de la cupidité, et bien plus, la femme issue de mon côté m'a trompé ; et toi tu ne m'as pas fait savoir ce qu'il adviendrait de moi et de ceux qui viendraient après moi. Je sais et je comprends qu'aucun vivant ne pourra se justifier devant toi, et je n'ai ni la force d'élever mon visage devant toi, ni de bouche pour parler, ni d'yeux pour regarder face à ton honneur, ni pour demander miséricorde, parce que j'ai péché. Et j'ai fait le mal avec grande force et [pour mon] salaire, puisque mes péchés m'ont exclu du paradis. J'ai en effet mangé de l'arbre que tu m'as interdit, par le conseil du serpent et de ma femme. À cause de mes péchés, je suis abattu, déchiré et forcé à travailler la terre de laquelle j'ai été fait.

§ 7 (§ 18, 365) Et la crainte et la peur de moi ne sont pas sur toutes les choses que tu as créées comme c'était au commencement ; car à l'instant même où j'ai mangé du fruit de l'arbre interdit et où j'ai transgressé ton commandement, ma sagesse fut diminuée, et je comprends seulement que je suis honteux, que je ne sais plus parler, et je ne sais ce qu'il adviendra de moi. Mais toi, toujours puissant, noble, pieux et gracieux, reviens avec tes nombreuses piétés sur l'homme que tu as créé /5r/ au commencement, sur l'esprit que tu as insufflé dès le début et sur l'âme qui fut donnée par ta vertu sainte ; et sois devant moi avec ton bienfait puisque tu es le Seigneur très saint de la bienfaisance, toi qui éloignes les fureurs et fais croître ta miséricorde. Que ma prière soit face à la voie de ton honneur, que mes cris plaisent devant la voie de ta piété, et que mes demandes soient perçues par [ta] volonté devant toi. Ne te dérobes pas à mes demandes car tu as été et tu seras pour les siècles des siècles ; toi le dominateur, tu domineras. Que ta piété soit sur les choses créées par tes mains. Fais-moi comprendre et reconnaître ce qu'il en sera de mes fils et de mes autres descendants, et ce qui adviendra à mon sujet tous les jours du monde et tous les mois, jour après jour et mois après mois. Ne me cache pas la sagesse de tes anges et de tes archanges puisque tu es capable d'entendre les prières et d'assouvir toutes les demandes des hommes justes. Que soit béni, sanctifié et honoré le nom de ta connaissance par lequel nous te connaissons, et toi, entends ma prière que voici, Seigneur puissant et gracieux, Amen. »

§ 8 (§ 19, 366) Le troisième jour après qu'il ait dit cette prière, vint à lui pour sa demande l'ange Raziel. Il se tenait au-dessus de la rive à la sortie du paradis, et se découvrit à lui à l'heure où il se réchauffait au soleil. Il tenait à la main ce livre qu'il donna à Adam, dans lequel étaient représentés un ange /5v/ et un homme recevant le livre. L'ange ressemblait à Raziel montrant le livre à Adam. Et l'homme ressemblait à Adam recevant le même livre de l'ange. **§ 9** (§ 20, 367) Au moment où il donnait le livre à Adam, l'ange dit :

« Adam, quia tantum cogitas tristar, anxiaris ? Ab ea die qua incepisti facere orationem fuerunt auscultata omnia verba et rogamina tua. Et ego veni ut facerem te intelligere verba munda et sapientiam multam magnam et electam, verba videlicet istius libri sancti. Et per illa scies quid accidet tibi usque ad diem ultimum quo tu morieris et tui filii et omnes homines qui succedent in tuo loco et omnes generationes postremas que intromittent se in isto libro cum munditia carnis et cum nobilitate anime et facies omnia que sunt scripta in isto libro et scies quid tibi accidere debet quolibet mense et quolibet die in diem et qualibet nocte in nocte. Et erunt omnia secreta aperta tibi, et intelliges et scies **§ 368** si erit malum in terra, vel fames vel lites et rixa de mala gente, et contraria unum vel aliud, vel pluvia vel siccitas, vel si crescet bladum in terra vel minuetur, vel si habebunt posse mali in seculo, aut si veniet locusta in terra, vel si erunt eruce in arboribus, vel si arbores erunt plene de fructu vel non, aut si erit percussio vel effusio sanguinis inter /6r/ homines, aut si erit iudicium bonum ordinatum in celis super gentes terre, vel si erit lis mala inter gentes terre vel infirmitas vel mors habebit posse in hominibus vel in bestiis, aut si erit multa effusio sanguinis in corporibus humanis, aut si gementur interfecti in civitatibus. **§ 369** Adam, appropinqua te magis huc et da cor tuum et voluntatem tuam ad intelligendum illud quod faciam te scire de isto libro sancto. »

§ 370 Et aperuit Rachiel librum et legit in auribus Ade, audivit autem Adam verba libri sancti ex ore angeli et eiecit se super faciem suam ad terram cum magno timore. **§ 371** Cui dixit Rachiel :

« Surge, Adam, et confortare et non habeas timorem nec pavescas. Recipe librum istum de manu mea et respice in eo quia per ipsum scies et intelliges et facies scire omnibus illis qui habebunt fortunam habendi ipsum omnia quecumque volueris. »

Et ea hora qua accepit Adam librum ipsum, accensus est ignis de celo super ripam rivi et ascendit angelus statim in flamma ignis in celis. Et tunc perpendit Adam et scivit quod angelus Dei erat ille qui ab ipso Domino omnium rerum sancto et forti fuit ei transmissus liber iste. Adam vero corroboratus est in illo et ingessit se in illo cum castitate et munditia. **§ 372** Et ista sunt verba libri que fieri debent cum prudentia.

« Adam, pourquoi te fais-tu tant de soucis, t'attristes-tu et t'inquiètes-tu ? Depuis le jour où tu as commencé à prier, tous tes mots et tes demandes ont été entendus. Et moi, je suis venu pour te faire comprendre les paroles pures et la sagesse multiple, grande et excellente, c'est-à-dire les paroles de ce livre saint. Par eux tu sauras ce qui arrivera jusqu'au dernier jour, où tu mourras, à toi et à tes fils, ainsi qu'à tous les hommes qui te succéderont en ton lieu, et à toutes les générations suivantes qui s'intéresseront à ce livre avec pureté de chair et avec noblesse d'âme. Tu feras tout ce qui est écrit dans ce livre, et tu sauras ce qui doit t'arriver de jour, quel que soit le mois et le jour, et de nuit quelle que soit la nuit. Et tous les secrets te seront ouverts, et tu comprendras et sauras **§ 368** s'il y aura le mal sur terre, ou la faim, ou un litige, ou une guerre contre une mauvaise nation, l'un ou l'autre contraire, la pluie ou la sécheresse, ou si le blé poussera en terre ou diminuera, ou si les mauvais auront le pouvoir dans le siècle, ou si les sauterelles viendront sur la terre, s'il y aura des chenilles dans les arbres et si les arbres seront pleins de fruits ou pas, s'il y aura affrontement ou effusion de sang parmi /6r/ les hommes, ou s'il y aura un jugement bien ordonné dans les cieux au sujet des nations de la terre ou s'il y aura un litige mauvais parmi les peuples de la terre, ou si une infirmité ou la mort aura le pouvoir sur les hommes ou sur les bêtes, ou s'il y aura une grande effusion de sang dans les corps humains, ou s'ils gémiront, tués dans leurs cités. **§ 369** Adam, approche-toi par ici et donne ton cœur et ta volonté pour comprendre ce que je te ferai savoir de ce livre saint. »

§ 370 Et Raziel ouvrit le livre et lut aux oreilles d'Adam. Adam entendit les mots du livre saint de la bouche de l'ange et se jeta face contre terre dans une grande crainte. **§ 371** Raziel lui dit :

« Lève-toi, Adam, rassure-toi et n'aie peur ni ne crains. Reçois ce livre de ma main et regarde en lui, car par lui tu sauras, tu comprendras et tu feras savoir tout ce que tu voudras à tous ceux qui auront la fortune de le posséder. »

Et à l'instant où Adam reçut le livre, un feu s'alluma dans le ciel en direction de la rive du fleuve et l'ange monta subitement dans une flamme de feu vers les cieux. Adam examina alors attentivement et sut que celui qui lui avait transmis ce livre de la part du Seigneur saint et fort de toutes choses était l'ange de Dieu. Adam fut renforcé en lui et s'y introduisit avec chasteté et pureté. **§ 372** Et voilà les mots du livre qui doivent être réalisés avec prudence.

Quicumque¹ aliquod experimentum ex isto libro exercere et probare voluerit, primo preparet se septem diebus antequam veniat ad operationem, et non comedat aliquam rem de turpitudine nec de qua sanguis exeat, et non bibat vinum nec iaceat cum muliere in istis septem diebus, balneat se in aqua currenti antequam exeat Sol. **§ 373** Post septem vero dies, accipias duas columbas albas et decolla eas cum uno cultello de ere qui inscidat ex ambabus partibus et decollet unum columbum cum una parte cultelli et alium cum alia parte et accipiat interiora eorum et lavet ea in aqua, et accipiat tres mensuras de vino veteri et incensum mundum et parum de melle mundo et misceat omnia simul et impleat intestina predictorum columborum, et postea insci<n>dat illa per frustra minuta et eiciat super carbones vivos et ardentes antequam exeat Sol, **§ 374** et sit indutus de suppellicio albo et mundo et surgat in pedibus suis et ambulet discalciatus et nominet nomina angelorum qui serviunt in illo mense quo vult facere istud experimentum, et custodiat se tribus diebus loqui verba vana. Tertio vero die accipiat totam cinerem de igne in quo cremata fuerunt intestina et spergat ea super solum domus in qua habet iacere, et extendat unam savanam - id est buidam - mulieris albam super illos cineres et prosternat ad dormiendum super illam /7r/ savanam, et iacendo super illam savanam nominet omnia nomina angelorum fortia, corroborata et sancta que posse habent super illo mense quo vult facere istud opus, et dormiat et non loquatur cum aliquo homine, et istud sit in domo preparata per se sola et in loco mundo et sint candelae ardentes in quatuor partibus domus ; et veniet in illa nocte una pars angelorum in aspectu visibili et non fantastico et ostendent ei quomodo faciet illud quod facere vult et discooperient ei totum secretum sine aliquo pavore.

[P.16] Post quartam vero generationem, surrexit Enoch² et intromisit se in intellectu Domini nostri et eduxit suum corpus cum munditia et sanctitate ; et postquam intraverat et abluerat se in aqua currenti, porrigebat preces suas coram Domino potenti, et hoc fecit quousque per potentiam suarum pretium discooperuit se sibi angelus Rachiel in sompno et monstravit sibi locum ubi erat absconditus iste liber, et ostendit ei viam per quam debebat se intromittere de eo et que erant operationes ipsius que operari poterant cum eo in sanctitate et munditia et que poterat consequi intromittendo se in ipso, et excitavit se ab illo sompno et fuit³ ad illum locum quem in sompnis viderat et applicuit ibi media die.

¹ Doctrinae et avisamenta quibus debet dirigi artifex in hoc libro laborans *add. in marg. alia manu.*

² Qualiter iste liber qui absconditus erat per Seth, filium Ade, datus fuit et revelatus Enoch inter orationes quas effudit cum devotione coram Domino *add. in marg. alia manu.*

³ ivit *add. interl.*

Que¹ quiconque souhaitant tenter et vérifier une expérience à partir de ce livre se prépare premièrement sept jours avant de venir pour l'opération. Qu'il ne mange aucune chose avilissante, ni d'où sort du sang, qu'il ne boive pas de vin, ni ne couche avec une femme durant ces sept jours, et qu'il se baigne dans de l'eau courante avant le lever du soleil. **§ 373** Au bout de sept jours, qu'il prenne deux colombes blanches et les égorge avec un couteau d'airain à deux tranchants. Qu'il égorge une colombe avec un tranchant et l'autre avec l'autre, et prenne leurs entrailles et les lave dans l'eau. Qu'il prenne trois mesures de vieux vin, de l'encens pur et un peu de miel pur, et mélange tout ensemble. Qu'il en remplisse les entrailles des susdites colombes, et qu'ensuite il les coupe en petits morceaux et les jette sur du charbon vif et ardent avant le lever du soleil. **§ 374** Qu'il s'habille d'un vêtement blanc et propre et qu'il se tienne sur ses pieds et marche déchaussé. Qu'il prononce les noms des anges qui servent durant le mois auquel il veut faire cette expérience, et qu'il se garde pendant trois jours de parler vainement. Le troisième jour, qu'il prenne toute la cendre du feu dans lequel ont été brûlées les entrailles et qu'il les épande sur le sol de la maison dans laquelle il habite. Qu'il étende un linceul, c'est-à-dire un grabat blanc de femme sur ces cendres, et qu'il se couche pour dormir sur ce /7r/ linceul, et en étant couché sur ce grabat, qu'il prononce tous les noms des anges forts, confirmés et saints qui ont du pouvoir sur le mois auquel il veut réaliser cette œuvre ; et qu'il dorme et ne parle à quiconque. Et que cela se fasse dans une maison préparée pour cela seulement, dans un lieu pur et qu'il y ait des chandelles allumées aux quatre coins de la maison. Cette nuit-là viendra alors une partie des anges, de façon visible et non imaginaire, et ils lui montreront comment faire ce qu'il veut faire et ils lui révéleront le secret en entier, sans aucune crainte.

[P.16] Après la quatrième génération, Hénoch² se leva et s'introduisit dans l'intellect de notre Seigneur, et mena son corps avec pureté et sainteté. Et après être entré et s'être lavé dans l'eau courante, il présentait ses prières au Seigneur puissant. Il le fit jusqu'à ce que, par la puissance de ses prières, l'ange Raziel se révélât à lui dans un songe et lui montrât le lieu où était caché le livre. Il lui montra la voie dans laquelle il devait s'introduire³ en lui, et quelles étaient les opérations qui pouvaient être réalisées avec lui dans la sainteté et la pureté, et qu'il pouvait suivre en s'introduisant⁴ en lui. Et il se réveilla de son sommeil et fut⁵ dans le lieu qu'il avait vu dans son rêve et s'inclina là au milieu du jour.

¹ Doctrines et précautions qui doivent diriger l'artisan travaillant dans ce livre *add. in marg. alia manu.*

² Comment ce livre, qui avait été caché par Seth, fils d'Adam, fut donné et révélé à Hénoch pendant les prières qu'il fit avec dévotion au Seigneur *add. in marg. alia manu.*

³ Peut-être faut-il lire « s'instruire » ?

⁴ Peut-être faut-il lire « s'instruisant » ?

⁵ Il alla *add. interl.*

[P.17] Et ex vi sapientie quam habebat in se et requievit in illo loco et non intelligebant homines ville medicamen sui cordis sed descendit ex una rupe vel monte /7v/ inferius et balneavit se in quadam cava vel cripta in aqua currenti et incepit rogare ad Dominum celestem ut manifestaret ei donec disco<o>peruit se locus ubi stabat liber iste ante eum. Et exivit de cava illa in qua balneaverat et sanctificaverat se et cepit istum librum sanctum cum magna munditia et aperuit eum et legit in illo.

[P.18] Et ab hora qua intellexit sua verba fuit vestitus uno magno splendore et duplicatus est visus oculorum suorum et in tantum intendit et intromisit se in omnibus viis istius libri donec fuit similis sanctis celi, et separavit se ab habitationibus terre et non fuit inventus quia fuit raptus et elevatus ad celum cum potentia angeli. Et tales sunt qui dixerunt quod suus sensus vel intellectus fuit appretiatus et assimilatus angelis celi, et fuit introductus cum suo corpore intus paradisum quia postquam intellexit istum librum, didicit sapientiam et artem ad intelligendum in quatuor temporibus et in 7¹ planetis, in signis et in stellis que sunt lucentes in quolibet mense in mense, et nomina angelorum quibus sunt vocati per nomen in omnibus temporibus de quatuor temporibus anni.

[P.19] Et intellexit nomina terre et nomina celorum et nomina Lune et nomina Solis, et visus est cuique honorare ex tota vi sua donec scivit et intellexit fortitudinem et sapientiam artis magis quam omnes primi qui fuerunt ante excusum Ade, qui fuit magister primus, et intellexit ista et plura et non potuerunt sufferre fortitudinem istius libri /8r/ omnes generationes que debebant unire - seu venire. Postea quia iste liber est multum fortis et honorandus, et abscondit eum² honorifice in una fenestra cuiusdam rupis vel montis donec surrexit Lemach, filius ipsius Enoch, qui erat homo iustus in sua generatione, cui ostendit istum librum et iniunxit ei quod quando vellet aliquid operari cum isto libro, quod acciperet eum ab illo loco et postea reportaret eum ibi et non moveret eum de loco illo. Et tali modo duravit hoc per quingentos annos.

[P.20] Postea vero mala opera que operabantur generationes in terra qui fuerunt percussi in suo sensu et amisit suum scire sic quod non rema<n>sit homo iustus in terra. Et ascendit clamor terre usque ad celos in cathedra honorata sancti et benedicti.

¹ 7 corr. interl. de quatuor.

² eum add. interl.

§ 103 Sequuntur nomina angelorum domini sexti. Ista sunt nomina angelorum qui ministrant et serviunt in dominio sexto aut domino qui nominatur Pascael. Et ista sunt nomina : Arael, Athaael, Seripin, Pibros, Pastemalughiel, Cherunain, Succhirem, Saldiramme, Annel, Usyel, Peniel, Tazinael, Abunel, Sarimel, Namamon, Chedimia, Beara, Aghinia, Asimel, Sadriel, Upyin, Chathiniel, Calpia, Athimel, Athinon, Athinir, Sandiel, Cathniel, Saginia, Admotath, Tirpomumme, Passisiel, Afliel, Arfael, Parzontin vel Parzonini, Thathliel. **§ 104** Ista sunt nomina angelorum qui sunt induti fortitudine et precincti posse, et dant fortitudinem homini qui ministrat se cum ipsis ad volandum de loco ad locum, vult dicere quod si ipse inchoat terram et ambulet tam potenter ac si volaret vel vadat in nube cum potentia illorum nominum, et istud est ad consequendum aliquem hominem fugientem aut latronem.

§ 105 Et si tu¹ volueris facere aliquam rem de omni isto, accipe quatuor petias vel *frusta*² de aramine et scribe super quolibet ipsorum nomen hominis qui fugit et nomen matris sue et nomina angelorum qui sunt potentes in dominio sexto et nomen domini qui nominatur Pascael ; et postea coniurabis omnes angelos predictos et dices /22v/ :

§ 106 « Ego do vobis angelis posse ‘nomen’ filii ‘nomen’, ut sit tremens de vestra potentia in quocumque loco sit vel in villa, vel in via, vel in terra, vel in mari, vel comedendo, vel bibendo, et faciatis eum venire statim ita sicut avis que volat, et faciatis eum venire sine sua voluntate nec possit momento aliquo recordari uno puncto, nisi quod veniat statim sine tardatione de die vel de nocte. »

¹ Nota add. in marg. alia manu.

² frusta corr. : frustra P.

« Je vous conjure, anges honorés qui êtes dans le domaine du cinquième [seigneur], par le nom du seigneur nommé Asimon ou Acimon, de me faire entendre à cet instant la voix des esprits, et de mettre dans ceci l'esprit appelé Agargiroth¹. Que celui-ci soit sous mon commandement, et que je puisse l'envoyer là où je le voudrai, /22r/ et faire toute chose de lui. »

Et tu verras que par la vertu de la conjuration surgira devant toi une fumée ignée. Conjure alors davantage, jusqu'à le mettre dans une ampoule. Il sera alors sous ton commandement. Envoie-le où tu voudras.

§ 103 Suivent les noms des anges du sixième seigneur. Voici les noms des anges qui servent et obéissent dans le sixième domaine, ou au seigneur qui est appelé Pascael. Voici les noms : Arael, Athaael, Seripin, Pibros, Pastemalughiel, Cherunain, Succhirem, Saldiramme, Annel, Usyel, Peniel, Tazinael, Abunel, Sarimel, Namamon, Chedimia, Beara, Aghinia, Asimel, Sadriel, Upyin, Chathiniel, Calpia, Athimel, Athinon, Athinir, Sandiel, Cathniel, Saginia, Admotath, Tirpomumme, Passisiel, Afliel, Arfael, Parzontin vel Parzonini, Thathliel. **§ 104** Ce sont les noms des anges qui sont revêtus de force et ceints de pouvoir. Ils donnent à l'homme qui s'adresse à eux la force de voler d'un lieu à l'autre, ce qui veut dire que si (?)², il marchera aussi puissamment que s'il volait ou marchait sur un nuage avec la puissance de ces noms. Et cela sert à poursuivre un fugitif ou un bandit.

§ 105 Si tu³ veux faire l'une de ces choses, prends quatre parts ou morceaux d'airain et écris sur chacun d'eux le nom de l'homme qui fuit, le nom de sa mère, les noms des anges puissants dans le sixième domaine et le nom du seigneur appelé Pascael. Tu conjureras ensuite tous les anges susdits et tu diras : /22v/

§ 106 « Anges, je vous donne le pouvoir sur Untel, fils d'Untel, afin qu'il tremble sous votre pouvoir, où qu'il puisse être, qu'il soit dans une ville, sur la route, dans la mer, en train de manger ou de boire. Faites-le venir directement, à la manière d'un oiseau qui vole, faites-le venir sans sa volonté, et qu'il ne puisse à aucun moment avoir de souvenir, si ce n'est qu'il doit venir immédiatement, sans retard, de jour ou de nuit. »

¹ En hébreu « אגרגיִרוֹת » (M738), « אגריגִרִית » (TA42), « אגריגאות » (M248) « חגריגרות » (P849, F44 et N8117). En latin « Agargayroth » (VH) et « Vetoagnagnyroth » (M). Peut-il être rapproché de l'esprit Magradarioth, que les *Annulorum experimenta* attribués à Pietro d'Abano proposent d'obtenir comme démon privé, enfermé dans un anneau ? Voir au sujet de cet *experimentum* BOUDET, J.-P., « Magie et illusionnisme entre Moyen Âge et Renaissance : les *Annulorum experimenta* attribués à Pietro d'Abano », dans *Médecine, astrologie et magie entre Moyen Âge et Renaissance : autour de Pietro d'Abano*, J.-P. Boudet, Fr. Collard et N. Weill-Parot (éd.) Florence, 2012, pp. 247-293 (p. 260-262 et 283).

² Sens obscur : *si inchoat terram*.

³ Note *add. in marg. alia manu*.

et postea accipe istas quatuor petias de aramine, et subterra in quatuor partes mundi ibi ubi tu es, in villis vel in civitate, et istud fac cum munditia et *proficies*¹.

§ 107 Sequuntur nomina angelorum septimi domini

Isti sunt angeli qui ministrant et serviunt in domino septimo illi domino qui nominatur Boel, et eorum nomina sunt hec : Notriel, Gacriel, Dichmemar, Sarbaes, Masin, Aer, Dianime, Cabutael, Zarura, Acghia, Parusiel, Magsiel, Tacuream, Rachmoel, Ramiel, Lagon, Balchiel, Achiel, Abath, Ubath, Pezimel, Icael, Sanpsiel, Sapchiel, Raghuna, Armoda, Macmadin, Usath, Alpich, Omigra, Carochna, Sarpiel, Gadriel, Ardaca, Aginiel, Daatael, Ditron, Chgael, Peniel, Galghola. **§ 108** Isti sunt angeli qui sunt statuti super omnes res de sompno qui faciunt scire homini totum illud quod debet ei evenire. Cum potentia istorum potes scire quid est sompnium et que est solutio eius.

§ 109 Et si forte querit te probare potestas vel baiulus ville ut intelligat tuam sapientiam et dicet tibi unum sompnum ut dicas ei solutionem ipsius, pete ab eo spatium vel conventionem trium dierum **§ 110** et ascendes ripam rivi vel maris /23r/ in tribus horis noctis et una figura nova in tua manu. Et istis tribus diebus non comedes carnes nec bibes vinum ; et in illis tribus horis noctis quando ascendes cum illa figura in tua manu, accipe muscum² et incensum album et mitte in uno testo in quo sunt carbones accensi et mittes istud testum in rivera aque et coniurabis angelos domini septimi et domini qui nominatur Boel. Et in illa hora videbis inter celum et terram similitudinem arcus celestis qui paret in nube qui stat in pedibus et tu dices :

§ 111 « Coniuro te per nomen illius qui *scit*³ mensuras aquarum, et clamat super mare, et fugit ante id, et corroborat illud, et desiccat ad suam voluntatem, et fecit spiritus volantes in aere, et malos posuit in heremis, per suam virtutem et per suam figuram te coniuro spiritum celestem. Propter ista nomina que sunt posita in isto dominio septimo et per dominium qui dominatur Boel, coniuro te ut facias me scire quod tenet in corde suo talis 'nomen' filius 'nomen' aut quod est suum sompnium aut que est sua solutio et que est sua cogitatio vel sua voluntas super me. »

¹ *proficies corr.* : *perficies* P.

² Vide *add. in marg. alia manu*.

³ *scit corr.* : *scis* P.

Prends ensuite (ces) quatre morceaux d'airain, et enterre-les dans les quatre directions, là où tu es, dans les villes ou dans une cité. Fais cela avec pureté et tu réussiras.

§ 107 Suivent les noms des anges du septième maître

Voici les anges qui servent et officient pour le septième maître, appelé Boel, et leurs noms sont les suivants : Notriel, Gacriel, Dichmemar, Sarbaes, Masin, Aer, Dianime, Cabutael, Zarura, Acghia, Parusiel, Magsiel, Tacuream, Rachmoel, Ramiel, Lagon, Balchiel, Achiel, Abath, Ubath, Pezimel, Icael, Sanpsiel, Sapchiel, Raghuna, Armoda, Macmadin, Usath, Alpich, Omigra, Carochna, Sarpiel, Gadriel, Ardaca, Aginiel, Daatael, Ditron, Chgael, Peniel, Galghola. **§ 108** Ce sont les anges qui sont assignés à toutes les choses qui concernent les songes, et qui font savoir à l'homme tout ce qui doit lui arriver. Avec leur puissance, tu peux savoir ce qu'est un songe et quelle est sa solution.

§ 109 Si par hasard un puissant ou le bayle de la ville veut t'interroger pour connaître ta sagesse, et te dit un songe afin que tu lui en donnes l'explication, demande-lui l'espace ou l'accord de trois jours, **§ 110** et monte sur la rive du fleuve ou de la mer /23r/ à la troisième heure de la nuit avec une figure neuve dans ta main. Pendant ces trois jours, tu ne mangeras pas de viande et tu ne boiras pas de vin. Lorsque tu monteras avec cette figure dans ta main à la troisième heure, prends du musc¹ et de l'encens blanc et mets-les dans un récipient dans lequel se trouvent des charbons allumés. Mets ce récipient dans un cours d'eau, et conjure les anges du septième domaine et du maître qui s'appelle Boel. Et à cette heure, tu verras entre le ciel et la terre l'image d'un arc-en-ciel apparaissant dans un nuage et se tenant sur ses pieds, et tu diras :

§ 111 « Je te conjure par le nom de celui qui connaît les mesures des eaux, qui crie sur la mer qui fuit devant lui, qui la renforce et la dessèche selon sa volonté, qui a créé les esprits volant dans l'air et qui a placé les mauvais [esprits] dans les lieux déserts, par sa vertu et par sa figure, je te conjure, esprit céleste. Par ces noms qui se trouvent dans le septième domaine, et par le domaine dominé par Boel, je te conjure de me faire savoir ce que tient dans son cœur Untel, fils d'Untel, ou quel est son songe et son explication, et quelle est sa pensée ou sa volonté à mon sujet. »

¹ Vois *add. in marg. alia manu.*

Istud facias prima nocte istorum trium dierum et ita secunda et similiter tertia, et quarta nocte coniurabis nomina septem vicibus donec erit tibi visibilis una nubes ignis. Et illa figura quam tu tenebis fiet tibi sicut similitudo hominis visibilis et loquetur tecum, et tu interrogabis et ipsa respondebit tibi totam veritatem. § 112 Et quando expediveris hoc et volueris quod dissolvatur, pro*>*ice de aquis que stant ante te contra celos tribus vicibus, /23v/ et dicas ita :

§ 113 « Odedi, Gabriel, Poimine, Saigadi, Tailivis, Aspgo, Porpasai, Charach vel Sarac, Accatim, Ascae. »

Et reverte per aliam viam § 114 dicendo istud septem vicibus, et eris potens in omni loco quod volueris ; verumtamen omnem rem quam facies fac cum munditia et proficies.

[S.2] Sequitur de septem dominationibus

Iste septem dominationes magis corroborant omnes luces spera tertia et alie in sigillo eorum que habent nomen per se clarum, qui es in celis sancte Adonay, magna sunt vestra miracula et nimis *potentia*¹ cum sapientia, celi et terre pleni sunt vestro honore, consequitur misericordiam ille qui se ministrat cum gratia istarum dominationum, dirigatur in via veritatis qui voluntatem habet salvare omnem animam. Ista est expeditio vel explanatio septime dominationis.

¹ *potentia corr.* : *potentes* P.

Fais cela la première nuit de ces trois jours, puis la seconde, et de même la troisième ; et la quatrième nuit tu conjureras les noms sept fois, jusqu'à ce qu'une nuée de feu te soit visible. Et cette figure que tu tiendras deviendra pour toi comme l'apparence d'un homme visible, et parlera avec toi. Tu l'interrogeras et il te répondra toute la vérité. **§ 112** Lorsque tu auras terminé cela et que tu voudras qu'il se dissolve, projette face aux cieux de l'eau qui se trouve devant toi, trois fois, /23v/ et dis ceci :

§ 113 « Odedi, Gabriel, Poimine, Saigadi, Tailivis, Aspgo, Porpasai, Charach vel Sarac, Accatim, Ascae »

et reviens par une autre route¹, **§ 114** en disant cela sept fois, et tu seras puissant en tout lieu que tu veux. Prends garde de faire avec pureté toute chose que tu feras, et tu réussiras.

[S.2] Au sujet des sept dominations

Ces sept dominations renforcent encore toutes les lumières dans la troisième sphère, et les autres dans leur sceau qui ont un nom clair par lui-même². Saint Adonaï qui es dans les cieux, vos miracles sont grands et trop puissants avec la sagesse. Les cieux et les terres sont pleins de votre honneur. Celui qui officie avec la grâce de ces dominations obtient la miséricorde. Il doit se diriger dans la voie de la vérité, s'il a la volonté de sauver toute âme. Voici donc la fin et l'explication de la septième domination.

¹ Cf. I Rois 13.

² Le sens de cette phrase est obscur : *Iste septem dominationes magis corroborant omnes lucas spera tertia et alie in sigillo eorum que habent nomen per se clarum.*

[Second ciel]

§ 116 Sequitur de secunda spera

In secunda spera coniunguntur firmamenta celorum et deinde de subtus surrexit humor generativus qui recipit posse ad implendum nubes tempestatis aut pestilentia vel nix vel nebula, et ista spera est plena timore et potentia illorum angelorum qui ducunt eas, § 117 et sunt in ea 12 gradus et in quolibet gradu sunt nominati angeli cognitos illos quod dicemus ante.

§ 119 Si volueris querere aliquam rem de quo gradu volueris illorum, munda tuum corpus 3 septimanis dierum et non comedas aliquam rem in qua sit pollutio nec /24r/ tangat pollutionem nec de qua exeat sanguis, nec bibas vinum, et non appliceris vel propinques te mulieri menstruate, super animas *mortuorum*¹ non te alliges nec leproso approximes, et custodias te a lite et rixa et non sit tecum aliquod vitium, et sanctifica tuum corpus ab omni peccato omni hora quam potueris. Et istud est ad similitudinem, quia Dominus noster quando creavit illas speras, creavit primo unum splendorem de prima compositione.

[S.3] Et iste splendor² divisus est in 10 colores. Primus color fuit *candentia*³ - id est blaucus. Et prope illum surrexit alter magis obscurus et multum lucens et fuit nominatus a sapientibus color niger. Et ex eo fuit corroboratus splendor super istum colorem quousque clarificavit se fortiter et reductus est ad albedinem et fuit vocatus a sapientibus color albus. Et ex ipso factus est ille splendor cum sua potentia integra quousque reductus est color glaucus vel iallinus. Postmodum iste splendor miscuit se in revolutionem spere quousque similatus est litargiro. Quando vero extendit se per se in sua potentia minus de revolutione spere, reduxit se ad colorem zaffarani silvestris et postquam requievit hic discoloravit se et factus est color ol<e>i. Et cum commotione spere ex qua exivit, incepit discabire a gradu in quo stabat et reductus est in colore /24v/ vini quod non est bene rubeum et nominatur inter latinos subrubeus. Postquam vero fuit formatus vel ordinatus per omnes speras, divisit se in tres colores : albo, rubeo et nigro. Postea vero fortuito cum coniuncti fuerunt colores et unus cum altero fecerunt colorem de igne quando non est bene ardens ab una parte spere. Et ab alia parte colorem istius stelle que lucet quando incipit oriri. Et istos 12 colores proportionaverunt sapientes in 12 gradibus qui sunt corroborati per omnes speras.

¹ mortuorum *corr.* : mortui P.

² x colores *add. in marg. alia manu.*

³ candena *ms.*

[Second ciel]

§ 116 À propos de la seconde sphère

Dans la seconde sphère se réunissent les firmaments des cieux, ensuite se lève d'en bas une humeur générative qui reçoit le pouvoir de remplir les nuages de tempête, de pestilence, de neige ou de brume. Cette sphère est remplie de crainte et du pouvoir des anges qui les conduisent. § 117 Elle est divisée en douze degrés, et dans chaque degré sont nommés les anges connus dont nous avons parlé.

§ 119 Si tu veux demander une chose, de quel degré que tu veuilles, purifie ton corps trois semaines (de jours) et ne mange aucune chose dans laquelle il y ait de la souillure, /24r/ ou qui ait touché la souillure, ni de laquelle sorte du sang. Ne bois pas de vin et ne touche ni ne t'approche d'une femme menstruée. Ne te lie pas avec les âmes des morts, ne t'approche pas d'un lépreux, garde-toi des litiges et des rixes, et n'aie en toi aucun vice. Sanctifie ton corps de tout péché à chaque fois que tu le peux. Tout ceci [se fait] selon la ressemblance, car lorsque notre Seigneur a créé ces sphères, il a créé en premier une splendeur à partir de la première composition.

[S.3] Cette splendeur¹ s'est divisée en dix couleurs. La première couleur fut d'une blancheur éclatante (*canden[tia]*), c'est-à-dire blanche (*blancus*). Et à côté d'elle surgit une seconde plus obscure et très reluisante, et elle fut nommée par les sages « couleur noire ». À partir de là, la splendeur qui est en cette couleur fut renforcée, jusqu'à ce qu'elle se clarifie fort et soit réduite à la blancheur. Elle fut appelée par les sages « couleur blanche ». De là fut faite la splendeur avec sa puissance entière, jusqu'à être réduite en couleur verdâtre (*glaucus*) ou verte (*ialinus*)². Peu après, cette splendeur se mélangea dans la révolution de la sphère, jusqu'à être rendue semblable à l'étain (*litharguros*). Lorsque celui-ci s'étendit par lui-même dans sa puissance moindre que la révolution de la sphère, il se réduisit en couleur de safran silvestre³. Après avoir reposé, il se décolora et se fit couleur d'huile. Avec le mouvement de la sphère de laquelle il sortit, il commença à descendre du degré dans lequel il se tenait, et fut réduit en la couleur /24v/ du vin – cette couleur qui n'est pas tout à fait rouge et qui est appelée « rougeâtre » chez les latins. Après avoir été formé ou ordonné dans toutes les sphères, il se divisa en trois couleurs : le blanc, le rouge et le noir. Mais ensuite, par hasard, les couleurs s'unirent et l'une avec l'autre, elles formèrent d'un côté de la sphère la couleur du feu lorsqu'il n'est pas très chaud, et de l'autre, la couleur de l'étoile qui brille lorsqu'elle commence à se lever. Et les sages ont partagé ces douze couleurs en douze degrés qui sont renforcés dans toutes les sphères⁴.

¹ Dix couleurs *add. in marg. alia manu*.

² Pour *hyalinos*.

³ Le sens de cette phrase n'est pas clair : *quando vero extendit se per se in sua potencia minus de revolucione spere reduxit se ad colorem zaffarani silvestris*.

⁴ Si l'origine directe de ce paragraphe n'a pas pu être identifiée, nous ne pouvons pas ne pas mentionner les couleurs attribuées dans le livre des *Nombres-Rabbah* II, 7, aux bannières des douze fils de Jacob.

§ 120 Angeli primi gradus

Super gradum istum stant angeli Admadiel, Dadadiel, Namamiel, Gabriel, Dasniel, Rath, Barael. § 121 Isti sunt angeli qui sunt cooperti cum claritate Solis et eorum color est velut fulgent et eorum facies non imitantur et eorum vox non intelligitur ex potentia sonitus spere, et ipsi occurrunt omnibus illis qui deprecantur illos cum amore.

§ 122 Et si tu volueris administrare cum illis et volueris submittere tibi unum populum ante potestatem ville, accipe¹ tuum pugillum plenum de cineribus assis de furno calcis post mortificationes ipsius et nomina super ipsum septem vicibus nomina angelorum qui sunt scripti desuper, illi qui sunt confirmati ad /25r/ sedendum² super primum gradum. Et dicas ita :

§ 123 « Coniuro³ vos angelos per virtutem gradus in quo estis potentes, quod flectatis vel conducatis ad meam voluntatem corda hominum et mulierum quod non habeant posse loquendi de me aliquam rem malam, et quando loquuntur de me loquantur in toto meo bono, et sint iudicata mea verba pro bono et sit meum posse super eos semper. Et ita sit voluntas coram domino potenti amen. »

Et postea spergas cineres de manu tua, vel in villa, aut in civitate, vel ante potestatem, vel ante iudicem, et postea erit totum ad tuum velle.

Celle de Ruben est rouge,
celle de Siméon jaune-verdâtre,
celle de Lévi un tiers blanc, un tiers noir et un tiers rouge,
celle de Judah est comme les cieux,
celle d'Issachar est bleue foncé,
celle de Zabulon blanche,
celle de Dan comme le saphir,
celle de Gad d'un mélange de blanc et de noir,
celle de Nephtali comme le vin limpide, pas trop rouge,
celle d'Aser comme la pierre précieuse que portent les femmes,
celle de Joseph noire,
et celle de Benjamin de toutes les douze couleurs (SED, N., *La Mystique cosmologique juive*, Paris, ÉHESS, 1981, p. 306).

Le fait qu'une bannière soit blanche, noire et rouge, et une autre couleur de vin, rapproche particulièrement les deux textes. Toutefois, le lien qui les unit doit être indirect. Nous avons également tenté de mettre en relation les douze couleurs de P avec celles des *sephirot* selon la description qu'en font plusieurs auteurs, comme Gikatilla (SED, N., « Le Mystère des couleurs de J. Gikatilla », dans *Chrysopoeia*, 1 (1987), pp. 3-20), Rabbi David ben Yehouda he-Hasid (IDEL, M., « Visualisation of Colors, I : David ben Yehudah he-Hasid's Kabbalistic Diagram », dans *Ars Judaica*, 11 (2015), pp. 31-54), Moïse Cordovero (*Pardes Rimmonim*, cité par CORBIN, H., « Rituel Sabéen et exégèse ismaïlienne » dans *Eranos Jahrbuch*, 19 (1950), pp. 181-246), mais aucune de ces descriptions n'a pu être mise en relation étroite avec celle de P.

¹ Nota add. in marg. alia manu.

² Sedendum add. in marg. ead. manu.

³ Nota orationem add. in marg. alia manu.

§ 120 Les anges du premier degré

Sur ce degré se tiennent les anges Admadiel, Dadadiel, Namamiel, Gabriel, Dasniel, Rath, Barael. § 121 Ce sont les anges qui sont recouverts de la clarté du Soleil. Leur couleur se présente comme s'ils lançaient des éclairs, et leurs visages sont inimitables. On ne perçoit pas leur voix à cause de la puissance du son de la sphère, et ils accourent vers tous ceux qui les prient avec amour.

§ 122 Si tu veux œuvrer avec eux, et si tu veux te soumettre un peuple devant le pouvoir de la ville, remplis¹ ton poing de cendres consumées dans un four à chaux, après qu'il ait été éteint, et prononce sur lui sept fois les noms des anges qui sont écrits ci-dessus, [à savoir] ceux qui doivent siéger² /25r/ sur le premier degré. Et dis ainsi :

§ 123 « Je vous conjure³, anges, par la vertu du degré dans lequel vous êtes puissants, de fléchir ou de ramener à ma volonté les cœurs des hommes et des femmes, de sorte qu'ils n'aient pas le pouvoir de dire de mauvaise chose à mon sujet ; et lorsqu'ils parlent de moi, qu'ils ne disent que du bien. Que mes paroles soient jugées comme bonnes, et que mon pouvoir soit toujours sur eux. Qu'ainsi soit ma volonté devant le Seigneur puissant, amen. »

Et disperse ensuite les cendres de ta main, soit dans la ville, soit dans la cité, soit devant le puissant, soit devant le juge, et tout sera ensuite selon ton vouloir.

¹ Note *add. in marg. alia manu.*

² Siéger *add. in marg. ead. manu.*

³ Note la prière *add. in marg. alia manu.*

§ 124 Sequuntur angeli secundi gradus

Supra gradum secundum sunt isti angeli, quorum nomina sunt Usier, Ananiel, Macasiel, Ysayel, Dalchiel, Asperael, Pisis, Asniel, Pargiton, Ananioel. § 125 Ista sunt angeli qui stant in gradu secundo et sunt pleni de gratia et fortitudine et amore, et prope illos est ignis ardens, et currunt cum eorum virtute et faciunt applicare sensum unius ad alterum.

§ 127 Et si¹ quesieris² dare amorem viri in corde uxoris vel mulieris, et ut homo accipiat uxorem honoratam quam non posset habere, accipe duas tabulas³ de ramo - id est de ere - et scribes super ipsam nomina angelorum predictorum ab ambabus partibus, et nomen hominis et nomen mulieris, § 128 et dices :

« Coniuro vos angelos potentes /25v/ in secundo gradu qui coniungitis sensum hominum et mulierum, ut faciatis meam voluntatem et applicetis sensum 'nomen' filii 'nomen' et exaltetur gratia coram ipsam vel inveniatur gratiam coram ipsam, ut faciat suam voluntatem, et non detis potentiam alicui hominum confringendi eam ultra suum velle, et sit sua ad suam voluntatem. »

§ 129 et accipias unam de illis tabulis et pro*>*icias in furno calcis eo momento quo nullus hominum persentiat, et aliam in rivam aque, et sit hoc in quindecimo die mensis quando erit luna plena in quarta hora diei, et cave tibi quod facias cum munditia et custodias te a commixtione mulieris et a vino et a carnibus ut non vescaris eis. Et sit tua voluntas ligata cum voluntate illius mulieris⁴. Istud facies per novem dies⁵. Et postrema die scribe nomina omnia in una carta virgine, et subterra in loco quadrupli, et in capite trium dierum accipe eas et suas in tuis pannis, et perficies totum illud quod volueris.

§ 130 Sequuntur angeli tertii gradus

In gradu tertio stant isti angeli parati ad faciendum eorum opera privatim. Et sunt isti Yachiel, Dayni, Alyabe, Barthyel, Alyel, Alesupos, Misanior, Elsay, Dacchiel, Nansiel, Urael, latael, Bachpael, Pastiel. § 131 Isti sunt angeli qui stant in gradu tertio et sunt parati ad faciendum /26r/ tempestatem in mundo et ad conturbandum cordia hominum et bestiarum et ad contradicendum eorum consilium et eorum cogitationem, et sunt pleni timore et pavore et ruunt in eorum incessu et tempestant in eorum locutionem et ex eis saliunt voces ignis et ex vultibus eorum scintille ignis et ignis ascendens et micans ex eorum oculis. Et sunt parati ad faciendum omnes res quas volunt quia tale est eorum posse.

¹ Nota add. in marg. alia manu.

² Amor add. in marg. alia manu.

³ Nota add. in marg. alia manu.

⁴ Nota bene add. in marg. alia manu.

⁵ Nota add. in marg. alia manu.

§ 124 Suivent les anges du second degré

Sur le second degré se trouvent les anges dont les noms sont Usier, Ananiel, Macasiel, Ysayel, Dalchiel, Asperael, Pisis, Asniel, Pargiton, Ananioel. § 125 Ce sont les anges qui se trouvent sur le second degré, ils sont pleins de grâce, de force et d'amour, entourés d'un feu brûlant. Ils courent avec leur vertu, et font fléchir les sens d'une personne pour une autre.

§ 127 Si¹ tu veux² induire l'amour d'un homme dans le cœur d'une épouse ou d'une femme, ou qu'un homme obtienne une femme honorée qu'il ne peut pas avoir, prends deux tables d'airain (*de ramo*) – c'est-à-dire d'airain (*de ere*) – et écris les noms des anges susdits des deux côtés, ainsi que les noms de l'homme et de la femme, § 128 puis dis :

« Je vous conjure, anges puissants /25v/ dans le second degré, qui unissez le sens des hommes et des femmes, de faire ma volonté et de plier le sens d'Untel, fils d'Untel. Que sa grâce soit exaltée pour elle, ou qu'il trouve la grâce devant elle pour faire sa volonté. Ne donnez pas à un homme le pouvoir de la briser au-delà de sa volonté, et qu'elle suive sa propre volonté. »

§ 129 Prends l'une de ces tables et jette-la dans un four à chaux à un moment où aucun homme ne le voie ; et [jette] l'autre dans un cours d'eau. Que cela se passe le quinzième jour du mois, lorsque la Lune sera pleine à la quatrième heure du jour. Prends garde de le faire avec pureté, et garde-toi de l'union avec une femme, et du vin, ainsi que de te nourrir de viande. Que ta volonté soit liée à la volonté de cette femme³. Fais cela pendant neuf jours⁴, et le dernier jour, écris tous les noms sur une feuille vierge et enterre-la à l'endroit d'un carrefour. Au bout de trois jours, prends-les et couds-les dans des tissus, et tu réussiras tout ce que tu veux.

§ 130 Suivent les anges du troisième degré

Dans le troisième degré se trouvent les anges prêts à réaliser leurs œuvres personnellement. Et ce sont Yachiel, Dayni, Alyabe, Barthyel, Alyel, Alesupos, Misanior, Elasay, Dacchiel, Nansiel, Urael, Iatael, Bachpael, Pastiel. § 131 Ce sont les anges qui se trouvent dans le troisième degré et qui sont prêts à faire /26r/ une tempête dans le monde, à perturber les cœurs des hommes et des bêtes et à contredire leur dessein et leur pensée. Ils sont pleins de crainte et de peur, se ruent dans leur attaque et tonnent dans leur parole. Des voix de feu émanent d'eux, des étincelles de feu de leurs visages, et un feu montant et palpitant sort de leurs yeux. Ils sont prêts à faire toutes les choses qu'ils veulent, car tel est leur pouvoir.

¹ Note *add. in marg. alia manu.*

² Amour *add. in marg. alia manu.*


³ Nota bene *add. in marg. alia manu.*

⁴ Note *add. in marg. alia manu.*

§ 132 Et si¹ volueris vitare a te consilium divitis vel potentis hominis vel potestatis vel aliquam famam malam quam dixerunt de te, surge media nocte quando luna est plena et cum munditia corporis. Co<o>perias unam sabanam ex toto novam, et coopertus cum una sabana nova, sta ibi ubi magis luna et nomina nomina angelorum qui sunt scripti desuper qui stant in gradu tertio. Coniura eos per celum et per terram² et per omnes eorum exercitus, et dicas :

§ 133 « Ego peto a vobis o angeli circumdati pavore et ira, quod prohibeatis a me et dissoluatis cogitationes 'nomen' filii 'nomen' et omnia consilia ipsius cordis, et obmutescat os suum et amittatur sensus ipsius et dissolvatur eius consilium et sit culpabilis in suo corde. Et si viderit me non recordetur de me aliquod contrarium nec aliquod vindicte, et inveniam gratiam in suis oculis. »

§ 134 Et propter hoc accipe unum frustum plate subtilis sicut folium pergameni, et scribe ista nomina³ que nominavimus supra, et istos karaktes, et pones eos iuxta cor tuum, et omnibus diebus quibus erunt super⁴ te isti karaktes, non timebis dampnationem vel aliquam /26v/ rem malam contra te. Et isti sunt karaktes quos scribes in isto *frusto*⁵ aliique in istis *frustis*⁶. Et sunt nomina karacterum Ainel vel Aniel, Calchinia, Urael vel Uruel.



§ 135 Sequuntur angeli quarti gradus

Super quartum gradum stant isti angeli et ipsi sunt potentes in omni re quam ipsi volunt. Verumtamen magis sunt parati in prima hora noctis. Et nomina ipsorum sunt hec : Zariel, Malchiel, Abiel, Bogoliel, Masenir, Caruaba, Alpiel, Parubiel, Zachamia, Caclibuel, Asnudach, lencha, Vaschiel. **§ 136** Isti sunt angeli in quarto gradu et sunt cincti tempestate et eorum voces ut tempestas et velut sonitus tubarum vel cupri. Et volant ab oriente in occidente. Et eorum facies est versa a septentrione ad meridiem, et eorum voces ut tonitruus, et eorum vigor sicut fulgur, et faciunt perdere dormire hominum, et est in ipsis ad faciendum bonum et malum.

¹ Nota bene *add. in marg. alia manu.*

² Nota *add. in marg. alia manu.*

³ Nota *add. in marg. alia manu.*

⁴ Vide *add. in marg. alia manu.*


⁵ *frusto corr. : frustrum P.*

⁶ *frustis corr. : frustris P.*

§ 132 Et si¹ tu veux éloigner de toi le dessein d'un riche, ou d'un homme puissant ou de pouvoir, ou une mauvaise réputation qu'ils ont répandue sur toi, lève-toi au milieu de la nuit lorsque la Lune est pleine, le corps pur. Recouvre toi d'un drap tout à fait neuf, et recouvert de ce drap neuf, tiens-toi là où il y a le plus de lune, et prononce les noms des anges qui sont écrits ci-dessus et qui se trouvent dans le troisième degré. Conjure-les par le ciel et par la terre², et par toutes leurs armées, et dis :

§ 133 « Je vous demande, ô anges entourés de peur et de colère, d'éloigner de moi et de dissoudre les pensées d'Untel, fils d'Untel, et tous les desseins de son cœur. Que sa bouche se taise, qu'il perde ses sens, que son projet se dissolve et qu'il soit coupable dans son cœur. S'il me voit, qu'il ne se souvienne pas de moi, ni d'une quelconque hostilité ou vengeance, et que je trouve grâce à ses yeux. »

§ 134 Pour cela, prends un morceau d'une assiette fine comme une feuille de parchemin, écris les noms³ que nous avons nommés plus haut, et ces caractères, et pose-les sur ton cœur. Et tous les jours où ces caractères seront sur toi⁴, tu ne craindras pas la damnation ou une quelconque /26v/ mauvaise chose contre toi. Voici les caractères que tu écriras sur ce morceau, et les autres sur les autres morceaux. Et les noms des caractères sont Ainel ou Aniel, Calchinia, Uraiel ou Uruel.



§ 135 Suivent les anges du quatrième degré

Sur le quatrième degré se trouvent des anges qui sont puissants en toute chose qu'ils veulent. Ils sont cependant plus disponibles pendant la première heure de la nuit. Et leurs noms sont les suivants : Zariel, Malchiel, Abiel, Bogoliel, Masenir, Caruaba, Alpiel, Parubiel, Zachamia, Caclibuel, Asnudach, Jencha, Vaschiel. **§ 136** Ce sont les anges du quatrième degré. Ils sont ceints d'une tempête, et leur voix est comme une tempête ou comme le son des trompettes et du cuivre. Ils volent d'orient en occident, leur face est tournée du nord au sud, leurs voix sont comme le tonnerre et leur vigueur comme la foudre. Ils font perdre aux hommes leur sommeil, et ils sont capables de faire le bien et le mal.

¹ Nota bene add. in marg. alia manu.

² Note add. in marg. alia manu.

³ Note add. in marg. alia manu.

⁴ Vois add. in marg. alia manu.

§ 137 Et si volueris auferre vel surripere¹ sompnum inimico tuo ut non dormiat nec parum nec multum, accipe unum caput unius cachelli qui non viderit lucem et accipias unum folium de plumbo mixtum cum alio folio de ramo - id est ere - et sint suta cum filo de ferro blanco, et scribe super illa ista nomina cum una penna facta ex cupro in metallo et tincta de tornesol, id est colore rubeo aut de azuro, et dices /27r/ ita :

§ 138 « Ego do vobis o vos angeli magne ire qui estis in gradu quarto animam et corpus 'nomen' filii 'nomen' ut ligetis eum cum ferreis ut ponatis eum in lecto de ere, et non detis potentiam palpebris istius dormiendi nec oculis ipsius dormiendi, et sit latrans assidue velut canis et habeat vocem sicut lupanda, et non detis potentiam alicui homini absolvendi eum nisi mihi. »

§ 139 Et postea pones ista folia² in ore canis et sigillabis ea cum cera sive cum sigillo in quo sit sculpta forma leonis, et subterrabis eum retro domum illius hominis pro quo fecisti aut in loco ubi ascendat et intret et videbis magna miracula quia ambulabit semper velut ille qui perdiderit sensum. **§ 140** Et si volueris solvere hoc desubterra canem ex illo loco ubi subterrasti eum et frange sigillum et extrahe de ore suo quod posuisti intus et combure totum in igne, et dormiet illico et videbitur sibi quod ambulaverit magnum iter, faciendum est istud humiliter et *proficies*³.

§ 141 [*Sequuntur nomina angelorum quinti gradus*

*Super⁴ gradu quinto stant isti angeli potentes et eorum nomina sunt Cavi, Cartiel, Pacuchiel, Nacriel, Oel, Iacoth, Ian, Bach, Saban, Bachsomicos, Sathchabael, Abriel, Elel, Machsamuel. Isti stant in gradu quinto et habent in eorum posse requirere frigus et calorem. Et est similitudo eorum sicut essent armati de ferro et ere. Et]*⁵/27v/

Sequuntur nomina angelorum quinte altitudinis sive quinti gradus secundi celi

Ista sunt nomina angelorum quinte altitudinis, scilicet : Quyna, Carcahel, Paruquihel, Mertysel, Oel, Voth, Hyeu, Becasban, Barsumachos, Sacthobyl, Amaryl, Elahel, Maxabu, Cona, Cathyel, Secuhyel, Baccuchel, Ybel, Abocuhan, Batyas, Ho, Bechay, Humanays, Matrap, Huelel, Masbaban. **§ 142** Isti angeli stant in altitudine quinta et sunt armati scutis, lanceis, helmis de ramo in suis testis, induti loricis in dextro, et in sinistro lapides de periscla, grandines et tempestates et tremitem in suo cursu, et est desuper rivus ignis, et portant in suis manibus cessiones ignis, et sunt presti ad respondendum et os illorum non tedet gemendo, et illorum facies est ignis tremens et illorum ignis est pro<i>iciens flammam et ex vento qui exit ex illorum naribus illuminatur ignis, et omnia opera sua sunt in cellariis ignis quia de igne exeunt et revertuntur ibidem.

¹ Nota add. in marg. alia manu.

² Vide add. in marg. alia manu.

³ proficies corr. : perficies P.

⁴ Vacat add. in marg. alia manu.

⁵ Vacat add. in marg. alia manu.

§ 137 Si tu veux enlever ou arracher¹ le sommeil à ton ennemi afin qu'il ne dorme ni peu ni beaucoup, prends la tête d'un petit chien qui n'a jamais vu la lumière, et une feuille de plomb cousue avec un fil de fer blanc à une feuille d'airain (*de ramo*) – c'est-à-dire d'airain (*de ere*). Écris-y ces noms avec une plume faite de cuivre, et de l'encre de tournesol de couleur rouge ou bleue, et dis /27r/ ceci :

§ 138 « Moi je vous donne, ô anges de grande colère qui êtes dans le quatrième degré, l'âme et le corps d'Untel, fils d'Untel, afin que vous le liiez avec des fers pour le mettre dans un lit d'airain, et que vous ne donniez pas à ses paupières ni à ses yeux le pouvoir de dormir. Qu'il aboie continuellement comme un chien, avec une voix de loup. Et ne donnez à personne le pouvoir de le délivrer si ce n'est à moi. »

§ 139 Pose ensuite ces feuilles² dans la gueule du chien et scelle-la avec de la cire ou un sceau dans lequel soit gravée l'image d'un lion. Puis enterre-le derrière la maison de l'homme pour lequel tu as opéré ou dans un endroit où il monte et entre, et tu verras de grandes merveilles, parce qu'il marchera toujours comme quelqu'un qui a perdu ses sens. **§ 140** Si tu veux le libérer, déterre le chien du lieu où tu l'as enterré, brise le sceau, retire de sa gueule ce que tu y as mis, puis brûle le tout dans un feu. Il dormira alors immédiatement, et il lui semblera avoir parcouru un long chemin. Il faut faire cela humblement et tu réussiras.

§ 141 /27v/ Suivent les noms des anges de la cinquième altitude ou du cinquième degré du second ciel

Voici les noms des anges de la cinquième altitude, à savoir Quyna, Carcahel, Paruquihel, Mertysel, Oel, Voth, Hyeu, Becasban, Barsumachos, Sacthobyel, Amaryel, Elahel, Maxabu, Cona, Cathyel, Secuhyel, Baccuchel, Ybel, Abocuhan, Batyas, Ho, Bechay, Humanays, Matrap, Huelel, Masbaban. **§ 142** Ces anges se tiennent dans la cinquième altitude et sont armés de boucliers, de lances et de heaumes d'airain sur leurs têtes, vêtus de cuirasses à droite, et à gauche ils ont des pierres autour des pieds. Leur course est pleine d'orages, de tempêtes et de tremblements. Au-dessus se trouve une rivière de feu, et ils portent dans leurs mains des parts de feu. Ils sont prêts à répondre, leur bouche ne se languit jamais de gémir, et leur visage est un feu tremblant. Leur feu projette des flammes ; du vent qui sort de leurs narines s'allume un feu, et toutes leurs œuvres se font dans des greniers de feu, parce qu'ils sortent du feu et y retournent.

¹ Note *add. in marg. alia manu.*

² Vois *add. in marg. alia manu.*

§ 143 Si vis rubere clibanum vel cremare vel calefacere clibanos in quibus sit moneta vel in quibus fuerint olle, accipe lapidem sulfuris pondus 27 denariorum sermodios quarterios uncie, et divide per numerum illarum /28r/ rerum quas vis illuminare et accendere, et scribe super quamlibet earum cum penna de ramo nomina angelorum qui morantur in altitudine quinta, et dicas sic :

§ 144 « Coniuro vos angelos ignis et flamme per illum regem qui est totus ignis ardens quod stetis mecum et illuminetis et calefaciatis illa loca et omnia quod intrabit in illa de suo calore, **§ 145** et faciatis istud miraculum et istam ostensionem et magisterium per me. »

et accipias illam scriptam illius lapidis sulfuris et pro<i>icias in clibanum et videbis quod elevabuntur flamme et cremabitur multum, et quotiens vis quod cremet pro<i>icias de lapide sulfuris predicto.

§ 143 Si tu veux faire rougir un four, ou brûler ou chauffer des feux dans lesquels il y ait de l'argent ou des marmites, prends une pierre de soufre d'un poids de 27 deniers *sermodios*¹, quarts d'once, divise-la par le nombre /28r/ des choses que tu veux illuminer et allumer, et écris sur chacune d'elles avec une plume d'airain les noms des anges qui demeurent dans la cinquième altitude, puis dis ceci :


§ 144 « Je vous conjure, anges de feu et de flamme, par le roi qui est un feu ardent, de vous tenir près de moi, d'illuminer et de chauffer de votre chaleur ces lieux et tout ce qui entrera en eux, **§ 145** et faites ce miracle, cette démonstration et ce magistère pour moi. »

Prends cette écriture de la pierre de soufre, jette-la dans le four et tu verras s'élever des flammes. Le feu brûlera fort. Et chaque fois que tu voudras qu'il brûle, jette de la pierre de soufre susdite.

¹ Nous n'avons pas pu résoudre le sens de ce terme.

§ 146 Sequuntur nomina angelorum sexte altitudinis secundi celi

Ista sunt nomina angelorum sexte altitudinis scilicet Abichamur, Quinor, Calquiel, Saceryel, Adrac, Galiel, Capthyl, Carpos, Causacinal, Canton, Abiluch, Cathor, Dalcael, Satriel, Aliel, Chamiel, Samachia, Rabyel, Vequimia, Fabyur, Maarchel, Dinirahel, Caumira, Canath sive Cathael, Panthon.



§ 147 Ista sunt nomina angelorum qui stant super sextam altitudinem, omnes cum humilitate et facies plenas gracie et /28v/ honoris, et sunt induti panno ignis albi et albedo clara ut lux lucens, et ipsi alti et timorosi stant sicut homines gratie et magne sapientie, et sunt positi super cathedras honoris et morantur super virtutem et super sanitatem ad sanandum infirmos a morbis qui sunt percussi ex malis ventis.

§ 148 Si vis hominem sanare¹ qui est percussus malo vento vel contracto ore vel brachio vel corpore, aut alium cuius caput tremit et moventur vel manus, vel lingua impeditus qui amiserit loquelam, vel habeat faciem tortam aut os, si vides ipsum percussum malo vento aut *maleficiis*², accipe oleum rosaceum, mel album, tres mensuras, et pone te recte versus Solem et mundus et balneatus et purus ab omni vitio et in hora quando ascendit sol, et nominabis nomen illius infirmi et nomen matris sue et nomina angelorum qui stant in altitudine sexta, per septem dies ter qualibet die, et in septimo die duc infirmum tecum et pones ipsum nudum totum ad Solem et ungas³ corpus suum totum cum illo oleo et melle et suffumiga coram sole de musco et thure cum aliquantulo ambre et aliis bonis suffumigationibus. **§ 149** Et coniura Solem cum angelis supradictis et pete ab eo medicinam et dicas⁴ :

¹ Nota medicinam *add. in marg. alia manu.*


² *maleficiis corr. secundum VH : malis factis P.*

³ Vide *add. in marg. alia manu.*

⁴ Nota *add. in marg. alia manu.*

§ 146 Suivent les noms des anges de la sixième altitude du deuxième ciel

Voici les noms des anges de la sixième altitude, à savoir Abichamur, Quinor, Calquiel, Saceryel, Adrac, Galiel, Capthyl, Carpos, Causacinal, Canton, Abiluch, Cathor, Dalcael, Satriel, Aliel, Chamiel, Samachia, Rabyel, Vequimia, Fabyur, Maarchel, Dinirahel, Caumira, Canath sive Cathael, Panthon.



§ 147 Ce sont les noms des anges qui se tiennent dans la sixième altitude, avec humilité et des faces pleines de grâce et /28v/ d'honneur. Ils sont vêtus d'un tissu de feu blanc, d'une blancheur claire comme une lumière luisante. Eux-mêmes sont hauts et craintifs, ils se tiennent comme des anges de grâce et de grande sagesse. Ils sont sur des sièges d'honneur et régissent la vertu et la santé, soignant les maladies arrivant par des mauvais vents.

§ 148 Si tu veux soigner un homme¹ frappé par un mauvais vent, ou qui a la bouche, le bras ou le corps raide ; ou un autre dont la tête tremble et bouge, qui est gêné de la main ou de la langue, qui a perdu la parole ou qui a le visage tordu, ou la bouche, si tu le vois frappé d'un mauvais vent ou de maléfices, prends de l'huile de rose, du miel blanc, trois mesures, et mets-toi face au Soleil, propre, lavé et pur de tout vice à l'heure où monte le Soleil. Prononce le nom de l'infirmes, le nom de sa mère et les noms des anges qui se trouvent dans la sixième altitude pendant sept jours, trois fois par jour ; et le septième jour, prends l'infirmes avec toi et place-le nu au Soleil. Oins² tout son corps avec l'huile et le miel, et suffumige face au Soleil du musc et de l'encens, avec un peu d'ambre et d'autres bonnes fumigations. **§ 149** Puis conjure le Soleil avec les anges susdits et demande-leur la médecine, par ces mots³ :

¹ Note le remède *add. in marg. alia manu.*

² Vois *add. in marg. alia manu.*

³ Note *add. in marg. alia manu.*

§ 150 « Coniuro te, Solem qui illuminas totum mundum tuo lumine quod expandas alas tuas super istum infirmum, /29r/ filium talis femine, et ei des medicinam sicut es Sol iustitie, et portes medicinam in alis tuis, et sicut sanasti Abraham circumcisum qui stetit tribus diebus ad oculum Solis quando venerunt ad eum tres angeli *sic sanes*¹ istum hominem ab omni infirmitate et morbo qui est in ipso, et indue eum medicina sicut induisti corpus Abrahe et sic totum corpus eius indue. »

§ 151 Et recipe de illo oleo cum melle ter et pone in ore eius, **§ 152** et scribes nomina et karacteres angelorum altitudinis sexte in uno folio sive plato argenti et pone super pectus infirmi cum illis naturis illarum et suffumigatis quas fecisti in septimo die ulterius et erit curatus sicut umquam fuit.

§ 153 Sequuntur nomina septime altitudinis secundi celi

Ista sunt nomina angelorum septime altitudinis : Bachya, Yel, Ardyel, Agryel, Agrua, Agriab, Agerihon, Carchaya, Cachifer, Abrahayel, Sathanyel, Amiel, Eiarbar, Durzrum, Arbeon, Pathya, Raziel, Ardyel, Tacgrias, Adaron, Parchata, Cecyfer, Abdyel, Sabebar, Raados. **§ 154** Isti sunt angeli stantes in altitudine septima et proiciunt magnum ventum et sunt fortes et veloces in posse. Et illorum fortitudo est sicut leonis fortitudo, et medietas ignis et alia medietas aque, et in loco in quo /29v/ sunt et de suo igne expaventant totum mundum de suo timore, et sua opera sunt miraculosa et non possunt assimilari eorum similitudines et habent radios lucis in suis superciliis et illorum status optimus et formosus et *illi*² qui stant coram ipsis et serviunt ipsis non possunt inspicere facies suas, et respiciunt quatuor partes mundi in una hora et sic vadunt in quatuor partes mundi in una hora.

§ 155 Et si³ vis exulare vel elongare aliquam malam bestiam a civitate vel ab alio loco, scilicet leones, lupos, ursos vel alias malas bestias vel rivos vel mare quod solebat intrare domum et ille bestie solebant intrare ad faciendum mala et proicere et inhibere, facias formam illius bestie que solebat intrare ad faciendum mala de ramo, et facias unum folium ferri et scribes in ipso in ambabus partibus, id est ex utraque parte, nomina angelorum altitudinis septime, et de illa lamina, cingas ymaginem quam facies et subterra in civitate vel in loco in quo volueris quod non intrent nec veniant ille bestie, et sic facies ymaginem versus septentrionem⁴.

¹ *Bis scripsit.*

² *illi corr. : illis P.*

³ *Vide add. in marg. alia manu.*

⁴ On trouve chez Thābit ibn Qurra (Thebit), *De imaginibus*, sections 5-9 un rituel très semblable. Nous remercions chaleureusement Charles Burnett de nous en avoir fait part.

§ 150 « Je te conjure, Soleil qui illumines tout le monde par ta lumière, d'ouvrir tes ailes sur cet infirme, /29r/ fils de telle femme, de lui donner la médecine, comme tu es le Soleil de justice¹, et de lui porter la médecine de tes ailes. Comme tu as guéri Abraham circoncis, qui s'est tenu trois jours devant l'œil du Soleil quand vinrent à lui les trois anges², ainsi, guéris cet homme de toute infirmité ou maladie qui est en lui, et couvre-le de médecine comme tu as couvert le corps d'Abraham. Couvre ainsi tout son corps. »

§ 151 Reprends trois fois de cette huile avec du miel, et mets-la dans sa bouche. **§ 152** Écris les noms et caractères des anges de la sixième altitude sur une feuille ou un plat d'argent, et mets-le sur la poitrine de l'infirme avec leurs natures³ et les suffumigations que tu as faites à la fin le septième jour et après, et il sera guéri comme il ne l'a jamais été.

§ 153 Suivent les noms de la septième altitude du second ciel

